



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Ordinalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

in sacris. Duodecim milia signati potest esse appositio, & subaudies uiri. sic milia drachmas, milia talēta. uel pōt sic intelligi, signati usq; ad duodecim milia, debebat drachmas uel talēta usq; ad decē milia. ut ut tñ excuset nolim imitari, sed loquar sic, milia signatorū, drachmarū, talentorū &c. Recte tñ dicā milia pondo. quia pōdus grūs est ut nūs, neq; male dixeris authore Valla decē milia, quingēti pedites, quia pedites ad quingenti referi. & peditū in milia quasi p Zeuma facile intelligit, neq; barbarū est illud. Quicumq; angariauerit mille passus uade cum eo, & alia duo. subintelligit enim milia passuū, alioqui dixisset, alios duos. non alia, uel rectius bis mille.

Ordinalis.

Ordinalis est quo ordinē, seriēq; rerū notificamus, ut primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimuster tius, decimusquartus, quingentus &c. Vigessimus, uigessimus primus, secundus &c. Trigessimus, uel tricesimus, quadragesimus, quinquagesimus, sexagesimus, septuagesimus, octogessimus usq; dicit octuagesimus, nonagesimus, Centesimus, ducetesimus, trecetesimus, quadringetesimus, quingetesimus, sexcetesimus, septingetesimus, octingetesimus, nongetesimus. Millesimus. Significat autē ultimū ex eo numero, ut decimus ultimus est ex decem. centesimus ultimus ex centū. primus tamē nō est ultimus nec em numerus est, sed numeri principitū, in ordine tamē ad plures sequētes, quādo dicendū sit primus, ueni prior, intraui primū, facio prius, canto &c. sensus facile indicabit si quis, dicta nostra pauerit. Quotus querit de numero ordinali, ut quota hora. Cice. ad Heren. Qua die, quota hora noctis factū esse dicatur. Sene. in lib. de ira. Iacebat cōiua cētesimus pro cētū dixit. ait Lancilo. At contra Ouidiaz na Laodomia. Inter mille rates tua sit millesima puppis. i. ultima e mille, Persi. Hoc satis an deceat pulmonē rūpere uētis Stemmata q; thulco ramū millesime ducis. i. ultimē e mille. Aliqñdo sumit unus quiuis e tali numero. Sueto. in Caligu. ducentesimā auctiōnē italiæ remisit, sic centesimā partē honorū patris asscutus sum. i. unā ex centū. Interdū sunt numeri multiplicatiui, ut ager hic centesimū fructum attulit. i. centies tantū quantū sementis acceperat, hoc mō appellata ē quadragesima quod quadraginta dies cōtineat, quo uocabula eloquentissimi nostrē religionis uiri utuntur. decima, p decima parte etiā substatiue capiti. Plau. Ut decimam solueret Herculi. Decima est decimā partē detrahare. In euāge. Vch uobis qui decimatis menthā & omne holus. abhinc numeris recte iungit ait Lancilo.